

gl. 1. n. 3. versic. 1. Lancelot. de attent. 2. p. 12. lim. n. 96. & ideo, quando iudex pronuntiat, nullam de exceptionibus oppositis esse admittendam, possit ab hoc gravamine appellari, scribit Speculator titulo de appellat. §. in quibus num. 30. versiculo ceterum, lib. 2. & quod si admittatur, vel rejiciatur exceptio peremptoria, possit appellari, quia est interlocutoria habens vim diffinitivam, scribit Maranta in suo Speculo, in 4. part. sextae partis in verbo, & demum fertur sententia, num. 44. fol. 438. Scaccia de appell. quest. 17. lim. 47. membr. 1. n. 94. qui n. 95. pariter loquitur tam in opposita exceptione dilatoria, quam peremptoria, quia si postmodum iudex pronuntiet esse procedendum ad ulteriora, ab hac pronuntiatione datur appellatio, ut de exceptione dilatoria scribit Angel. Areti. in l. 2. num. 36. versiculo quare si opponatur, ff. de appellationibus recipien. & statim multa hujus doctrina reddentur exempla prout est in pronuntiatione super competentia iudicis, & jurisdictionis, & in pronuntiatione super mandato, de quibus in 3. o. in discursu, & loquendo in non admissione exceptionis litis pendente, seu preventionis jurisdictionis (ut ejus oppositionem non obstante) possitis, qui eam opposuit appellare, ut refert, & sequitur Scaccia in tractatu causarum civil. & crim. l. 1. c. 12. num. 71. & iterum ubi proxime, n. 103. & Marquet in tract. de commiss. 1. p. c. 12. n. 62. loquens de tacita, & expressa reiectione.

Quae doctrina non solum procedit, quando iudex rejiciendo exceptiones legitimas, expresse declarat, esse ad ulteriora procedendum, sed etiam quando tacite id facit, procedendo, scilicet, ad ulteriora: nam in utroque casu licitam esse appellationem ob neglectam exceptionem oppositam, sufficit enim quod tacite rejiciat procedendo ad ulteriora, licet verbo iudex nihil loquatur, sed duntaxat facto compellat, quia non minus est facere, quam dicere Philipp. Franc. in c. ex parte 67. nota. 5. n. 4. & 8. de appell. communem dicit Gallico ad form. Cam. oblige. p. 3. c. deliqui. sub n. 18. f. 361. Scac. d. membr. 1. num. 96. qui n. 99. hoc ampliat, ut non solum hoc casu detur appellatio ut dictum est; sed etiam casu, quo ipse iudex (neglecta exceptione) procederet ad ulteriora, non adhibita causa cognitione super eadem exceptione opposita, quia processus erit nullus, & loquendo de exceptione declinatoria, & incompetentia opposita, si non cognovisset iudex, non censetur pronuntiasse super ea, & ideo processus ad ulteriora erit nullus, Jaf. in l. 2. sub n. 46. versus finem, ff. si quis in jus vocatus non erit Philip. Franc. in cap. ex parte M. 3467. sub num. 9. ibi: Ideo si quaestio emergens sit super jurisdictione, & in cap. si duobus, column. penultima, sub num. 30. ubi: Intelligi, quando iudex de exceptione cognovit: ubi sic declarat Innocentium in cap. praeterita de dilationibus. Et quando iudex exceptione opposita incontinenti procedat ad ulteriora, ita, quod de illa exceptione, in tanta temporis brevitate verisimiliter cognoscere non potuerit; dicitur super ea non pronuntiasse, & processus ab eo gestus nullus, uti factus sine causa cognitione quae est de substantialibus iudicii, docet Franc. in d. cap. ex parte 67. sub num. 10. ibi: Super hac difficultate potest sic concludi. Scacia de appellat. q. 17. lim. 6. membr. 7. n. 60. fol. 380.

Et tunc praecipue poterit ab ista pronuntiatione de procedendo ad ulteriora appellari, quando iudex oppositas exceptiones in finem litis reservaret, scribunt Abb. consil. 14. individua Trinitatis versiculo 2. probatur, num. 2. lib. 1. Fulvius Pacianus tractat. de probationibus, lib. 1. c. 58. num. 50. Ruginellus in tractat. de appell. §. 2. c. 3. num. 303. & ex Felino, quem refert, & sequitur Scacia causar. civil. & crimin. lib. 1. c. 102. num. 2. & iterum in tractatu de appell. quest. 17. lim. 47. membro 1. 37 n. 92. fol. 498. qui n. 98. rationem reddit, quia de emergente praedjudiciali exceptione, & de negotio prin-

cipali simul tractare non potest, quia esset confundere, & inordinare processum, quae confusio, & inordinatio processus non potest reparari per appellationem a diffinitiva, Bald. in authentica habita, num. 38. versiculo quare nunquid ab ista, circa medium, Cod. ne filius pro patre, & aliquos refert & sequitur Decius consil. 31. quod appellari, sub n. 2. de quo nos late diximus hac 2. parte c. jin. vide etiam infra, n. 80. cum seqq.

Ex quo fonte fluit, quod si citatus post comparitionem allegat in primis exceptionem incompetentiae iudicis, aut jurisdictionis defectus: tunc si iudex pronuntiauerit se iudicem competentem, vel etiam incompetentem ab ista interlocutoria, quae diffinitivae vim habet; gloss. singularis in authentica habita, in fin. Cod. ne filius pro patre, secundum Roma. sing. 129. Auf. in decis. Capella Tholos. quest. 48. Guido. Papae in decis. Delphinat. q. 10. si iudex, Corsetum singul. 5. incipit sententia, Felinum in cap. qualiter, el. 1. colum. 5. de accusati. Ant. Trim. in addit. ad Ubert. de Bonacurte. in cap. pervenit in secundo de impedimentis, & exceptionibus, fol. 55. & 99. Decium in cap. pervenit. in 2. de appellat. in fine Doctores in c. significantibus, de officio deleg. Jafon. in l. 2. n. 38. ff. si quis in jus vocatus non erit Bertol. in l. 2. de appell. recipien. Felin. in rubrica de sententia & re iudic. Rebuff. in l. quod iussit in praefatione, num. 43. ff. de re iud. quidquid Petrus Ferrar. in practico. in forma sentent. interlocutoria super incompet. distinguens inter iudicem pronuntiantem se incompetentem, & se pronuntiantem competentem, ut in hoc ultimo casu merè interlocutoria sit, qui audiendus non est, cum in utroque diffinitivae vim habere, ut ultra supradictos Doctores, ex aliis pluribus advertit Valasc. consultatione 47. & est expressa l. 3. tit. 28. lib. 4. recopil.

Ab hac propterea pronuntiatione expressa, vel tacita appellationi interpositae, uti legitime, iudex non deferens vim faciet, c. ex parte 58. de appell. cap. significasti de officio delegati, l. aii prator, §. permittitur ff. de minoribus l. 3. tit. 18. l. 4. recopilat. Ruinus consil. 1. lib. 4. num. 4. cum aliis per Menochium de adipisc. possrem. 4. n. 822. & 823. Ant. Gravatum in addit. ad praxim. Vestrii. 3. cap. 10. sub num. 6. versiculo similiter quando quis iudicem competentem, Bald. consil. 2. visa petitione. Cardin. Tuschum pract. conclusionum tomo 1. litera A, conclusionem 359. n. 17. Rebuffum 3. tomo titul. de sententiarum executione, articulo 53. gloss. 1. num. 9. fol. 242. & post Angelum, & alios firmat Berta, in repertorio, verbo appell. ab interlocutoria, num. 15. post princip. num. 1. Fulvius Pacianus de probationibus, lib. 1. c. 58. num. 47. & de communi testatur Beccius consil. 21. dubitatum fuit in fine, num. 41. & consil. 31. quod appellari num. 2. & 3. lib. 1. Ruginellus in tractatu de appell. §. 2. c. 3. in verbo competentia, sua n. 186. fol. 84. Scaccia de appell. q. 17. lim. 6. principali, membr. 8. a n. 47. cum sequentibus ubi copiose prosequitur. Rolandus à Valle consilio 33. num. 1. in fin. & num. 2. & 7. lib. 4. Mynsing. cent. 3. observation. n. 35. Guido Papae d. decisione 10. Valascus consultatione 53. tomo 1. Barbosa in remissione ad Tridentinum, sessione 24. de reformat. c. 20. num. 7. Aloyisus Riccius in collecta decisio. part. 4. collect. 1306. quod etiam procedit in causis scholarium, ut per textum in authentica habita, Cod. ne filius pro patre, resolvit post Abbatem Rebuffus in tractatu de privil. scholasti. priv. 263. Hieron. Gonzal. in regula de mensis & alternativis, gloss. 9. §. tit. de nullitat. attent. in caus. benefic. n. 196. & sequent.

Si autem pars opposuerit contra libellum ineptum, quam exceptionem iudex non admisit, potest à tali reiectione appellari in quacunque etiam causa; tenet Bald. consilio 217. verbo libelli, n. 2. lib. 2. Cardin. Tuschus ubi proxime, conclusio 359. num. 38. idem si iudex ipse mandet super tali libello inepto procedere quoniam pars non tenetur ei respondere, & idem est affirmandum in libello obscuro, & generali, super quo iudex

iudex emendat procedi, litem contestari, & responderi, quia tunc legitima reputatur appellatio. Paul. Castr. consil. 194. in princ. lib. 2. & iterum consil. 335. num. 3. & sequentibus, lib. 1. in principio consilii. Cardin. Tuschus ubi proxime, n. 37. & sequent. quoniam hoc facit praedictum causa principali, secundum Bald. l. 2. n. 12. ff. de appellat. recipien. Felin. in c. suborta, sub n. 4. & de re iud. Guido Papae tract. de appell. quest. 60. nu. 65. decis. 75. n. 3. Ruginellus tract. de appella. §. 2. cap. 3. 44 n. 57. & faciunt ea, quae late supra diximus, à n. 24. & haec declaratio est interlocutoria habens vim diffinitivae, non teneatur reus respondere libello tanquam inepto, ut notant Panor. & alii in c. examinare, in fin. de iud. per textum in l. metum, §. sed quod prator, ff. quod metus causa. ubi Bald. Romanus in rubr. ff. de re iud. idem Bald. in l. 2. q. 5. C. de Episcop. audien. Joan. de Anani consil. 93. viso processu, & ibi in addit. ad eum. Nicol. Nell. in repertorio, verbo sentent. q. 12. Paul. Castr. in consil. 65. viso quodam, in prim. vol. Rebuff. ubi proxime, n. 44. quem de materia hujus declarationis videre poteris ibi n. 86. ad fin.

45 Similiter vis fiet, si iudex non deferat appellationi à sententia, quae absolvit reum à contestatione libelli, quia talis sententia, licet sit interlocutoria, habet tamen vim diffinitivae, ut tenet Angel. in consil. 297. incipit consilio. in princ. Philipp. Franc. in c. cum cessante, col. ult. vers. 24. dubitatur, fol. 74. de appellatio.

46 Pariter etiam, si pars opposuerit de legitimatione personarum, puta, non esse quem tutorem, non procuratorem, aut legitimo mandato carentem, non filium, & similia, quia licet sententia lata super hac exceptione, sive affirmativè, sive negativè lata, sit interlocutoria secundum Bald. in l. 2. q. 8. Cod. de Episcop. audien. cap. ex parte 3. de appellat. ubi Praepositus, Angel. Socinus, & Jaf. in l. arbitrio, colum. 1. ff. qui satisfacere cogantur. Petrus Ferrar. in praxi in forma interlocutoria super legitime persona. Joan. de Ana, consil. 93. viso processu, Philipp. Franc. in d. c. cum cessante, in fin. de appel. Salicet. in l. post sententiam, col. 2. vers. ad quartum. C. de sententiis, & interlocutoribus. Jaf. in l. nemo potest, n. 58 in 2. lectu. de legatis 1. fol. 92. Paul. Castr. in d. l. arbitrio, Philipp. Franc. in cap. ex

47 parte de appell. Natta, consil. 43. num. 7. per totum fol. 106. tamen ex c. articuli praedjudicialis permittitur ab ea appellari, qui interposita vim iudicis faciet non deferens etiam in quibuscumque summaris iudiciis (de quo alio loco copiose diximus), tenet Bal. in d. l. 2. nu. 14. & in Margarita decreti, verbo appell. q. 8. Petrus Duenas in regul. 52. fall. 6. Capel. Tholos. dec. 38. Barbof. in remiss. ad Trident. sess. 24. de reformat. 20. n. 6. Gama decis. 159. n. 2. Vivius dec. 302. Meno de adipisc. possrem. 4. n. 824. & 825. Ant. Gravatum in addit. ad praxim. Vestrii lib. 3. c. 10. sub num. 6. versiculo item admittitur appellatio. Pacia in tract. de prob. lib. 1. cap. 58. sub num. 47. Scaccia in tract. de appell. q. 17. lim. 6. membr. 7. n. 73. post Bald. ubi dicit non solum procedere hanc conclusionem, quando declaratio ista contingit in litis processu, sed etiam in executione, in qua admittitur appellatio hac. Quod ideo procedit, quia regula generalis est, quod quando

49 articulus interlocutoriae praedjudicialis esset negotio principali, de quo agitur, iudex violentiam committeret, si à qualibet declaratione interpositae appellationi non detulerit, cum iure permitta sit, text. in l. intra utile, ubi Bart. ff. de minoribus, Bald. in l. arbit. n. 6. ff. qui satisfacere cogantur. Felin. in c. cum causam, n. 6. vers. lim. quarto, de sentent. & re iud. Magon. in decisio Lucana 13. n. 6. Bal. in l. fin. n. 5. vers. secundus est actus. Cod. de relatio. ubi idem dicit, quando interlocutoria inierit difficultatem circa causae decisionem, Gregor. Lopez in lib. 2. 3. part. 3. gloss. à Meno de Gran. ad fin. Hiero. Gonzalez in regul. de alternativis, gl. 9. §. 1. in annotat. n. 178. f. 228. quia teste Bald. dicitur gravamen irreparabile, in Margaritis, qu. 8. quem refert. Rebuff. 3. tomo, titul. de sententiarum executione, art. 53. gloss. 1. n. 5. fol. 242. cujus doctrina

varia invenies exempla, circa casus speciales in discursu hujus capituli, & nonnulla jam superius scripta manent. Inde itaque fluit ex hoc eodem capite, p. 151 quem appellare ab interlocutoria iudicis, quae declarat fideiussores idoneos esse vel minus idoneos, quia est irreparabile gravamen, text. est in l. in arbitrio, ibi, perinde, ab eo atque iudicibus appellare licet. text. in l. si arbitrio, ibi cum poterit querela ad competentem iudicem eferri. & gloss. ibi verb. querela inquit, id est appellatio, ff. qui satisfacere cogantur, Bald. ubi supra, Rebuff. in d. 1. tomo, titulo de sentent. executione, d. n. 5. Bald. in l. 2. sub num. 15. ff. de appellationibus recipien. Caesar. Contar. in l. unica, lim. 4. sub num. 13. Cod. si de momentanea possess. Guido Papae decis. 74. num. 2. Rebuff. in eodem tractat. de sentent. executione, art. 10. gl. 1. nu. 5. Ful. Pacianus 52 tractatu de probat. lib. 1. cap. 58. sub n. 47. cui si iudex non detulerit, violentiam utique facit. Idem puto dicendum, si iudex compellat, sive principaliter, sive per consequentiam, vel incidentiam debitorem minoris, ut ei pecuniam debitam sive tutoris, aut curatoris autoritate tradat, l. ait prator, §. permittitur, ibi, nisi forte quasi adversus injuriam appellandum quis ei poterit. ff. de minoribus, & ultra Bal. & Rebuff. de art. 10. gloss. 1. num. 5. tenet Guido Papae, decisio. Delphina. q. 52. incipit circa, & decis. 75. sub nu. 2. idem Bald. in l. 2. sub num. 15. de appell. recipien.

Hinc etiam est, quod à iudice pronuntiante aliquem esse minorem, vel majorem prodigum, mente captum, servum habilem, vel inhabilem, appellationi emissa deferre iudex tenetur; aliàs autem violentiam facit haec quippe pronuntiatio, negotium, & factum principale tangit, & substantiam ejus, textus & gloss. in leg. intra utile, ff. de minoribus, Bartol. l. 2. ff. de app. recipien. Salicet. in l. post sentent. columna 3. vers. sed ego, C. de sentent. & interlocut. &c. & tradunt Doctores, in l. iis qui ff. de verborum obligationibus, vel quia habet vim diffinitivae, haec pronuntiatio, ut dicit Rebuffus in dict. leg. quod iussit, in 54 praefatione, n. 45. de re iud. & utraque ratio potest esse vera, cum in isto casu concurrat, & idem etiam est de sententia, quae iudex pronuntiauit aliquem non esse minorem, vel non habere restitutionem, à qua possit appellari, affirmant Barbof. in remissio. ad Concilium sess. 24. de reformat. cap. 20. n. 6. Gamma decis. 159. num. 2. Vivius decis. 302.

Et similiter, quando iudex interloquitur, procurator rem esse, vel non esse legitimum, quia ab ista interlocutoria, tanquam à gravamine irreparabili appellatio admittitur, Bart. in leg. 2. nu. 15. ff. de appellat. recipien. Bald. in l. 2. n. 14. Cod. de Episcop. audien. Bellapertica in c. super eo, q. 15. sub n. 15. de appell. Sigisfm. Scac. in tractatu de appellat. q. 17. limita. 6. principali, membr. 7. n. 67. Menoch. de adipiscenda poss. rem. 4. n. 824. Fulvius Pacianus tractatu de probationibus, lib. 1. cap. 58. n. 47. Ruginell. in tractatu de appell. §. 2. c. 3. nu. 63. fol. 74. ubi quod à non admitta exceptione defectus mandat. licita est appellatio. Caesar. Contar. in l. unica, lim. 5. sub nu. 13. vers. reliquum est, Cod. de mon. poss. textus est, & ibi Doctores in c. significavit 48. de appellat. Philipp. Franc. in cap. ex parte, nota 5. num. 4. & 5. de appella. 56 tion. qui quidem etiam ibi tractant, & affirmant, idem esse in interlocutoria, tutorem esse, vel non esse legitimum, uti late per eos.

Idem est, ut omnino admittere debeat appellationem 57 iudex à declaratione ejus an quis sit haeres, vel non, vel an eum beneficio legis, seu inventarii, vel sine ipso, quia haec sententia interlocutoria nimis praedjudicialis est causae principalis, imò, & multis aliis, quae accidere possunt, loquor de ea sententia, quae incidenter hoc declarat, ex Bald. consil. 378. pro parte cuiusdam, lib. 5. Cardin. Tusch. d. tomo 1. conclus. 359. litera A, nu. 47. 58 & idem dicendum esse, quando interloquitur iudex, testamentum, processum, vel instrumentum, sententiam



ut nullam esse incidenter, licet non principaliter (quia tunc esset diffinitiva & sic ab hac etiam poterit appellari. quoniam eodem modo, & praejudicialis est, & vim diffinitivae habet, Panormit. in c. audi. colum. 2. de procurat. Nicolaus Milius in verbo, sententia, q. 18. Guido Papae in decis. Delphinali, qu. 16. incipit, index, qu. 220. & cons. 78. in causa, Felin. in cap. causam, col. 2. de rescriptis, Rebuffus ubi supra, num. 57. quia etiam in hoc cum Roma in rubr. ff. de re judic. colum. 4. intelligit, quando incidenter haec prolata fuit interlocutoria, enim verò si principaliter, tunc esset diffinitiva.

59 Quod pertinet, quod si esset interposita appellatio a declaratione, vel non declaratione, quod aliquis ex oppositoribus ad aliquod beneficium, vel capellaniam juris patronatus, inter consanguineos proximioris gradus Patroni fundatoris presentatos, declaratur, se non esse filium patrimoniale vel non esse proximiorum, aut alias personam legitimam, quia tunc non conveniunt qualitates, & conditiones requisitae ad beneficium illud: necessarium admittenda est talis appellatio, aliter atque vim facere in tribunalibus iudicem pronuntiabitur, Bal. in l. 2. C. de Episcopali auctoritate, num. 14. & in margarita decretalium, verbo appellatio, qu. 8. Petrus Duënas reg. 52. fall. 8. Anton. Gravati. in additione ad praxim. Vestrij, n. 6. versiculo etiam admittitur appell. Hierony. Gonzal. in Regula de alterna. glos. 9. §. 1. tit. de nullitate attentatorum, n. 188.

60 Cui & contiguum est, quod si iudex negaverit copiam actorum, quia à tali denegatione appellatio delationem negare, vis est, cum à iusto gravamine emissa intelligatur, textus est in l. 2. Cod. ut lite pendente, ibi, nisi vel actorum communium, vel pronuntiationis editio denegatur, &c.) Scaccia in tractatu caus. civilium, crimin. lib. 1. cap. 100. n. 9. Petrus Duënas in Regul. 52. fallen. 5. Antonius Gravatus ubi supra, Azeved. in l. 3. titul. 18. lib. 4. recopil. Gonzal. ubi proxime, n. 198. Rebuffus in 3. tomo, titul. de sentent. executione, artic. 53. gloss. 1. fol. 242. n. 5. quoniam ea, quae fiunt in iudicio & agitantur, & publicanda sunt, & uti communia utrique parti edi debent, ut hinc inde, quae iustitiae suae defensionem tangant, allegentur cap. si perpetuus, de fide instrum. & ibi glossa, & Doctores, & in d. l. 2. circa quod videndus Maranta de ord. jud. 6. part. actu à n. 53. cum sequentibus, 485. & sequentibus.

61 Insuper si iudex pronuntiat remittendum, & remittat clericum ad suum Ecclesiasticum iudicem, cum haec talis sententia interlocutoria est habens vim diffinitivam, cap. si iudex laicus, de sententia excommuni. lib. 6. & notant Doctores, & in c. tuam, de ordine cogni. c. lator, qui filii sunt legitimi; Doctores in l. Titia, ff. soluto matrim. & l. quoties, C. de iudicis. Feder. cons. 198. casus talis, Moderni omnes in rub. ff. de iud. Praepositus in cap. tua nobis, in §. notabi. de appellatio. Guido Papae cons. 100. pro declaratione in quarto dubio, ac ideo in huius appellatione vis committitur.

62 Quod idem dicendum erit in sententiis interlocutoriis, quae feruntur super exceptionibus peremptoriis, puta, rei iudicatae, pacti de non petendo, praescriptionis, transactionis, & similibus, vim habent diffinitivam, gloss. 2. in clementina fin. de appellat. textus in c. fin. illo tit. 6. lib. Doctores in leg. quod iussit, ff. de re judic. Bart. in d. l. 2. quest. 5. de appellat. recip. Bald. in leg. eleganter. Roma. in rubr. ff. de rebibus, §. si quis post col. penult. ff. de conditione indebiti. Anchara. cons. de iurib. Romanis, cujus ratio ea esse potest, quia non sinit directò negotium principale, sed partem substantialem causativam, & secundario, & sic cum rangat, & referatur ad diffinitivam & ad primam actionem, de qua agebatur, contendeaturque, non ad exceptiones naturae diffinitivae sunt, Aufser. in dec. Capell. Tholosa. quest. 48. idem, & c. de sentent. & quest. 369. Cardina. consil. 72. Titius, n. 2. 5.

in §. dubio, Alexand. cons. 182. in causa, col. 6. Corneus cons. 262. pro evidentia, Praepositus, & Philip. Franc. in cap. cum cessante, de appellation. Felinus in cap. qualiter, & quando colum. 5. de accusatio. quod velim intelligas, quando huiusmodi exceptiones non principaliter, sed incidenter in iudicio sunt propositae, quia alias merè diffinitivae sunt, ut bene advertit Felin. in rubric. de re jud. col. 6. ut in clem. 1. de sequestr. possess. & feud.

Item etiam iudex iustas tutoris (quem ad tutelam 63 administrandam nominavit) exceptiones non admittit, ab hac reiectione emissa appellatio non deferens vim facit, & gravamen, text. est in l. 1. §. si quis tutor, executionem allegandam habet, & si fuerit repulsa, tam demum appellare debet, ff. quando appelland. sit. l. excusationis, ibi, nec à decreto provocaveris, intelligis parendum esse sententiae. de excusatio. tutorum, l. quicumque, eodem tit. cum aliis pluribus, Rebuffus, d. 3. tomo, de sentent. executione, art. 53. gloss. 1. fol. 242. n. 5. cujus ratio ea esse potest, prout pro regula generali traditur in hac materia; quod quando rejicitur beneficium concessum per jus commune, licita est appellatio, quoniam ubi denegatur observantia juris communis, ibi infertur gravamen, quapropter appellare licet, ita eleganter dicit Speculator §. in quibus, num. 30. vers. ceterum si iudex, & ibi idem, n. 7. ubi etiam additionator per text. in l. 1. in fine, C. de in integrum restitutione, l. si quis provocatio, C. de appellat. l. ut prator, §. permittitur, ff. de minoribus, Bald. consil. 378. n. 2. lib. 3. Cardin. Tusc. practica. conclusionum. litera A, concl. 359. tomo 1. ergo cum isthac immunitas à tutelae aliquibus, & privatis casibus sit induta, & concessa à iure communi (ut ex toto tit. ff. & Cod. de excusationibus tuto. & curato.) appellatio admittitur. Si autem iudex interlocuitur, tutorem interim non debere administrare, cum sit interlocutoria, quia aliam post se expectat, ut dicit Corneus cons. 281. in 2. quest. vol. 1. Rebuff. in repetitione legis quod iussit, in praesentatione, num. 9. ff. de re jud. puto non posse appellari ab ea, ex regul. ante sententiam, Cod. de appell. maxime si se intra tempus, à iure praestitum excusaverit. An autem ab ipsa nominatione, & datione tutelae liceat per tutorem appellari inferius diximus 2. p. cap. 8.

An, & quando, ab exceptionibus oppositis licita sit appellatio, vide Philipp. Franc. in cap. ex parte, col. 2. de appellat. & nos non nulla diximus, supra, hoc eodem capite, & insuper dicemus in discursu, & iterum infra, hac 2. parte, cap. si per totum, vide Marquess. de comm. 1. part. cap. 12. n. 62.

Unum obiter attende, quod exceptio, ut admittatur, debet esse relevans, & tunc relevans, & legitima dicitur, quando provenit à causa, quae iustam praebet causam appellandit Oldr. cons. 223. circa primum, in princ. 63 Federic. de Senis cons. 90. vers. dixi & dico, Cardin. Tuschus pract. tomo 3. litera E, concl. 378. à num. & in concl. 377. à princ. Ancharra. consil. 416. plures, n. 1. 4. vers. quarta exceptio, B. in l. si pupille, §. videamus, ff. de negot. gestis & in leg. si unus, §. ante omnia ff. de pactis, & quae exceptio relevans dicatur, arbitrio iudicis relinquidicit Cardin. Tuschus de concl. 378. num. fin. post Ioan. de Anania consil. 26. num. 10. vers. ultimo, circa intellectum statuti, Marquess. de commiss. 1. p. cap. 16. nu. 44. optime explicat Marelcot. varia. resolutio. l. 1. cap. 87. n. 44. cum sequentibus, verb. quae dicatur exceptio relevans, & quae non.

Quibus adde, quod quando quis opponit aliquam exceptionem, quam iudex non admittit, & à reiectione gravata pars appellat, tunc appellans tenetur iustificare, & probare veritatem exceptionis, quando iudex à quo non admittit, quae non probata, non potest dici, quod iudex ex sola non admittitione exceptionis illum gravavit, textus est in cap. interposita 70. de appell. ubi Anton. de Butr. num. 1. & sub num. 5. & sub n. 10.

Abb. num. 1. Philipp. Franc. n. 1. vers. tene menti primo, & versiculo tene menti aliam, & Decius num. 1. & con- sequenter non devolvitur negotium ad iudicem appellationis, nisi probetur veritas exceptionis, Cardin. Alex. in d. cap. interposita, nota 1. n. 1. etiam si exceptio legitima videatur, quia licet reiectio exceptionis apparenter legitima, sit iusta causa appellandi, tamen ex illa sola reiectione non probatur gravamen iustificationum appellationis, nisi aliter doceatur de veritate ipsius exceptionis. Anton. de Butr. in d. cap. interposita, sub num. 10. col. 3. versiculo oppono quod solo exceptio objecto, & Philip. Franc. sub num. 1. vers. 3. tene menti, & communiter ceteri Canonistae, & Abb. ibi nota. 1. num. 2. & But. n. 10. dicunt, posse reum opponere exceptionem in se legitimam, sed tamen fictam, & non existentem in casu suo, sic foret oppositio calumniosa, & tunc iudex non solum non gravat, sed prudenter rejicit suspicatus calumniam.

71 Haec tamen vera conclusio limitationem patitur, ut non procedat in casibus, in quibus de veritate exceptionis oppositae per se patet absque alia probatione faciendi; qui tunc appellatio dicitur iustificata ex sola appellationis reiectione, prout, quando iudex denegat inducias deliberatorias, & pars ab huiusmodi denegatione appellat, quia tunc appellatio dicitur iustificata absque alia probatione. Anton. de Butr. ubi proxime, sub n. 9. opp. 3. Philipp. Franc. sub n. 2. limit. 2.

72 Item & quando iudex negat copiam actorum, vel instrumentorum communium, (de quo supra dixi,) Anton. de Butrio, & Franc. ubi supra, & Decius ibi sub n. 2. versiculo 2. ista prima regula, & tunc etiam de veritate exceptionis constat, solummodo praesumptive, Franc. ubi supra, n. 2. limit. 3. Decius sub num. 2. Cardin. Alexand. sub n. 3. fall. 4. qui varia huius doctrinae exempla adducuntur.

73 Secundo etiam d. conclusio limitatur, ut non procedat in exceptione recusationis, quia quando recusatur iudex, opposita legitima causa recusationis, si ea non obstat, iudex procedat in casu principali; appellatio ex hoc censetur iustificata licet pars non probet causas recusationis coram iudice appellationis, Franc. d. c. interposita, num. 3. versiculo in gloss. 2. Cardin. Alexand. sub num. 3. fall. 2. de appell. Scaccia de appellatione, quest. 11. num. 67.

74 At quando quis opponit exceptionem, insuper offert se incontinenti illam probaturum, & postmodum propter exceptionem oblatam probationem illius non admissam appellat, statim & ipso facto censetur iustificata appellatio, ita quod sufficit coram iudice appellationis probare fuisse propositam legitimam exceptionem, & oblatam probationem, & iudicem, noluisse admittere de cap. interposita, in fin. princ. & ibi Abb. nota. fin. n. 2. Franc. sub num. 1. colum. 1. versiculo quarto & ultimo, & communiter ceteri Canonistae de appell. Lancelotus tractatu de attent. 2. p. c. 12. limit. 1. n. 40. & 41. nam isto casu appellatio iustificatur, (constitit dumtaxat, quod probatio fuit oblata, & non admisa) Lancel. ibi num. 38. & 39. & Franc. ubi proxime. Et ratio est, quia iudex à quo non admittendo legitima exceptionis probationem, in continenti oblatum, non potest excusari quod non gravaverit quia praesumpta malitia contra excipientem purgatur ex oblata probatione in continenti, quam iudex rejiciendo (ipso facto) detegit iniquitatem suam, & ideo si exceptio sit vera, sive falsa, iudex jam gravavit, ut scribit Abb. in d. cap. interposita, num. 4. & Franc. sub n. 1. versiculo quarto & ult. columna 2. de appellat. qui sub d. num. 4. limit. 9. unum advertit, ut simul sit hoc casu appellandum, à non admisa probatione incontinenti, & à reiecta exceptione, quae conclusio declaratur, ut procedat, quando exceptio requirit altiore indaginem, non admittitur, quia tunc ad iustificationem appellationis, ad

ejusque probationis oblationem incontinenti, adstringitur opponens, secus autem ubi talis exceptio non admittitur, quia tunc sufficit ad appellationis iustificationem offerre probationem incontinenti, ut supra diximus, & late probat Sigism. Scaccia de appell. qu. 1. r. n. 80. Franc. ubi proxime, sub d. c. 4. Praefata conclusio 77 fio ampliatur, ut habeat locum, non solum in exceptionibus dilatoriis, sed etiam in peremptoriis, quia si opponatur exceptio peremptoria, & offeratur illius probatio incontinenti, & à non admittitione appellationis appellatio iustificata dicitur, Anton. de Butrio in d. interposita sub num. 10. ibi, secundo, quod exceptio, & Philip. Franc. n. 4. vers. in glossa, verbo si offerens de appellat. Quibus quidem casibus, & limitationibus, superius 78 adscriptis, appellationem ob probationis reiectae oblationem, adeo iustificata dicitur appellatio, ut tantquam legitima devolvit, suspendit, & causat attentata, Anton. de Butr. ubi proxime, n. 7. & sub num. 10. fall. 3. Franc. sub nu. 4. colum. 4. limit. 7. Felin. in cap. 2. sub n. 2. de appell. sentit Abb. in cap. interposita, sub num. 6. de communi testatur Dec. ibi n. 10. Cardin. Alex. sub n. 4. fallen. 8. Lancelot. Robert. de attent. 2. p. cap. 12. limit. 1. num. 38. & 39. & 44. & reddit rationem n. 37. & 38. hinc est, quod si reus opponat exceptionem peremptoria, & offerat illius probationem (debito tempore) & iudex non admittat, sed imò statim proferat sententiam diffinitivam, reus ab hoc gravamine, licet à non admittitione exceptionis, & probationis appeller sententia, & processus tanquam attentata revocantur, Franc. d. c. interposita, sub numero 4. limit. 8. columna 4. in fin. & Cardin. Alex. sub numero 4. fallen. 9. de appellat.

Et ulterius praedicta conclusio declaratur, seu potius 80 limitatur, ut non procedat in omnibus casibus, quibus potest iudex reservare exceptiones oppositas ad merita causae, & litis discursum, quia tunc licet opponens exceptionem, & offerat incontinenti illius probationem, & à reiectione appeller, tamen ex hoc solo non dicitur iustificata appellatio, Franc. in d. cap. interposita, sub n. 4. limit. 2. & Card. Alex. sub n. 4. fallen. 2. & colum. 3. de appellat. sequitur Sigism. Scaccia tractatu de appellat. quest. 11. num. 76. qui omnes ponunt exemplum, quando opponitur exceptio contra testem quod sit infamis, vel criminofus, & offertur probatio incontinenti, quia tunc si iudex non admittat, & ob hoc appelleratur, debet in causa appellationis de veritate suae exceptionis probare, quia iudex si vult, non tenetur recipere exceptiones contra personas testium, sed potest eas reservare in tempus publicationis testium de quo nos late dicemus infra c. 18. de appellatione à reservatione: quia quoties exceptio probanda 82 relinquatur arbitrio iudicis an sit admittenda, vel non admittenda, quia in iure non sit determinatum, si iudex non admittat, tenetur iustificare exceptiones coram superiori. Franc. d. c. interposita, sub num. 4. limit. 4. Cardinalis Alex. sub n. 4. fall. 4. colum. 3. de appellat. Scaccia ubi proxime, num. 37. qui etiam nu. 74. dicit quod coram mero executore non dicitur iustificata appellatio, per oblationem probationis incontinenti tanquam inutiliter factam, quia executor merus non tenetur recipere probationes, post Franc. d. c. interposita, sub n. 4. limit. 5. Decium n. 7. exemplo 2. vide supra, à n. 36.

Et unum te admoceo; quod quando de gravamine, 84 quod infertur per interlocutoriam, constat juris praesumptione, ut puta, quia iudex mandat rem aliquam sequestrari, ut tunc possit appellari, etiam non expressa causa Bald. in l. minoribus, 6. num. 5. & nu. 6. versiculo item sequestratio, C. de his quibus ut indignis, dicitur sequestrationem esse regulariter prohibitam, ideo quod in re tam aperta supervacua esse expressionem causae, Philipp. Franc. in c. ut debitus 59. qu. 11. numero 22. &